liri, nobilitate dat facinoribus qui ventilationem ipsorum multiplica ad aures posteras relatione transmittit, beati Pauli est sequenda sententia quae monet per discipulum cunctos, & clamat, inanes quaestiones euita, multa enim sunt in vestris propositionibus quae ita feculentis vlnis peccandi amor amplectit, ut fiant indigna memorari. Plura leuitas dehonestat dum subductis euiscerant verba vestra ponderibus, & de religionis causis elocutio vetosa componit. Auris congruenter sortita grauitate quae in paleas abundancia nihil est horreis illatura de tritico, dum in fecunda frugibus culmorum parturit vbertate, & spem de herbae luxuria mentis agricolis. De quibus nihil lucris vitilabra reperit igni debita incendioque peritura. De his scriptum est, dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Nihil est charissimi pace dulcius, si tamen saporem eius non plenum amaritudine peccatus excludat, breuiore quidem admonitione debuerat quam prolixam non paruam vestri consideratio, & diuini vobis iurgium excitata fons protulit, vsus est multa peccantium stricta allocutione non corrigi, & effusione plurimum quam in delictis habuerunt, in monitorijs sermonibus hanc requirunt. Me satis est, & diligetiae vestrae, & iussis caelestibus obsecutum in his quae secuta sunt locum sermonibus non relinquam, quia haec resero mundi caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, & nutrice pontificis cathedram quasi vltimum videre sedile despectam. Cuius vocem beatus Paulus excepit, & illa qua semper vsus est eloquii in tonuit libertate. Apostolorum principem leuitatis incessitis quod fluxis & profligatis mentibus paratis adhuc seruaret affectum, ne in profundum ductis vlcibus ferro medicata succurreret, rescindenda doces lachrymis secreta morborum, & manifeste desperationis salutaris esse vulnus adhibendum, ne dum manus medici per impietate a sectione corruptae carnis suspeditur, de abstinentia teli inaitetur exitum, quia dum parcat aegri dextera curados interficit. Nec gradis est differentia vtrum letum inferas an admittas, morte languentibus qui cum possit non excludit, inflixit. His ergo aduersus eos oris ianuam patefecit aliquis. Ois qui iudicas in quo alium iudicas te ipsum condemas. Eadem enim quae iudicas agis. Scimus quia iudicium dei est secundum veritatem in his qui talia agunt. Et iteque, Beatus qui non iudicat in quo probat seipsum. Quae nam est ratio, ut praedicet non furandum qui furat, & prodigam verecundiam frontem nube vestiat impugnationis alienae. Nemo recte monitoris personam accipit, nisi qui actibus suis errata condemat. Et amore innocetiae conuersatione demonstrat. Nam adiacet etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone, & sceleratoribus linguarum officijs punire quod diligunt, quasi non quoddam genus sit maior excessum dare rei affectum labijs quam mente despicias & ingenij virus colloquij melle vestire. Haec si ago quasi vobis pudor pudicitia venustus aspectu liceret accusare doctorem, & aduersus electum oris liuidi morsus aptare, cum ante futura praescius per epistolam ad vos datam plena voce monuissem. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnetur. Et iteque, O homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis illa, putas quoniam effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiae & longanimitatis contemnis? Accusatis malitiam repleti iniquitate, fornicatione, imunditia, auaritia, nequitia, inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, superbi, elati, inuictores malorum, parentibus non obediētes, insipientes, incopositi, sine affectione, sine misericordia, docetis fornicatoribus neminem esse miscendum adulteri Laurētij, aut sequaces, aut prauij per quos ille aut exercuit quae habebat toxica, aut effundens monstravit quae accepit. Post illam illecebrosam coenae maculam, & pestem toto orbe execrabilem sacerdotes dei quasi obsoleta comparatos comunione culpatis, reos putatis esse qui subiere confortium nullo teste conuicti, & sectamini hominem toto ecclesiasticae inscriptionis, non dicam stilo, sed ense prosum. Quod licet, non licet, & quod non licet, licet. Quae admodum Iamnes & Mambres restiterunt veritati sic & vos mente reprobi circa fidem proditores proterui, inflati amantes, voluptatem magis quam deum habentes, specie quidem pietatis, virtute autem ipsius abnegantes. O vim doloris interni qui nequit expectare quod concepit, qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum quem imperat vi irrupit.

C Nihil vobis ultra plus eloquar quod de oratione remanet, lameta supplebitur. Post haec si iter manus medicorum curatioe aegrescitis, nunc aliqua cepto salutis consideratio vos reducit saltim orbis parentem urbem vestram respicite. Ipsa vos post defensores suos apostolos merces aggreditur. Ipsa compellat, & si quod est pietatis, in reliquum orditur impetratura sermonem. Me quam dei summi templi repudiatis fauoribus & nouae lucis nitore gaudete fecerunt esse conspicuam, quam post sacella fordētia, & multo pecudum tabo polluta ab hostiarum cruore dominici & apostolici sanguinis effusione purgavit quam reducta post longum sanitas februum delubra contemnere, quam a victimis liberavit

liberavit oblatio, q̄ pacē Christi post idolorū inimicitias acquisiuit, cui nō fuerūt pene nume-
rosa dona q̄ numina, quā religio sua reddebat varia deuotōe mēdicā quā egestas oppresse-
rat frequentia à dñs suis bñficia postulātē, q̄ Curios, Torq̄tos Camillos q̄s ecclia irregnauit
& reliq̄s mihi plurimē, plis infecūda mī ad tartarū dū exhaustis emarcui male feta viscerib⁹,
quia Fabios seruata patria nō redemit decus multo sudore gloria parta nihil restitit, pfuga
ta est operū sine fide innocētia criminosis iūctus est equi obseruātissimus, quia Ch̄m igno-
rauit Scipio. Per totā vellē stilū ducere nō orbatē pectus sustinere paterē infantiā, Sed q̄-
quis lamētationis trāfacta relegit, lacrymarū tēpora videt optare, nemo credit nō odisse
quorū relatōe nō leditur, quia sicca faciē de filiorū funeribus referens seruat teste cru-
delitatis arguitur, illa postertitas plus meroris attulit pdita, quā iocūditatis acquisita, relega-
mus tñ quibus mutata sunt ista successibus. Ecce iā in illo sacrario libertatis nihil seruire de
idolorū cultibus inuenit. Ecce bonorū corona orbis genus, flos Romanus q̄ diu veneratus
est plenus sanctitate calcat altaria. Ecce iā curia mea ad celū vocat, laudat, accipit. Nec pos-
sum dicere pdidisse me sobolē post gratiā baptisimi quā repētina mors abstulit. Multos tra-
bearū, & curuliū possessores supremus regnator sine dispēdio cultus, aut dignitatis ample-
ctitur. Pēne iā terreni munificētia triūphi diuinū mereamur affectū, & ad Ch̄i gloriam
proficit q̄d mūdo studeatis esse venerabiles, mētor nisi egena agmina cōsulatus nri in substi-
tio miseriarū p̄stolatur aduentū, & est purpura vīa q̄ anni vocabulū nobilitatis subripient
tē miseris vestimentorū largitate pellit algorē, prope iā itēz necessitatibus fuerūt auxiliū
decorafastorū, & in veteri infidelitate deposita in tali p̄paratōe celsus dispēdia efficiūtur lu-
cra aīaz. Ecce nūc ad gestatoriā sellā aplicē cōfessiōis vel amittūt lumina cādidos, & vbe-
ribus gaudio exactore fletibus collata dei bñficio dona geminātur. Quis tēpore q̄ p̄ciosis
verba partibus q̄ prolē nostrā æterna genitrix rursus paritura nūc suscipit, cuius post pri-
mam natiuitatē grandeus fletibus aluus impletur, q̄ mihi prolē regenerādo dulcē fecit eē
quā peperit, q̄ ad se veniētes senium facit exuere & ad vitę principia redire cōtractos. Quis
hāc felicitatē rogo interpellatōe cōmittat? Quis p̄ discordiā viperina mēte cōpositā aure
mihi seculi iubet perire bñficia? Quis in renouatōe mea occasum clādestinus inspirat, & p̄
blande frōtis speciē inimicitijs vires acquirit, generosam in tali negotio psapia nō agno-
sco. Si q̄ sunt tñ summos q̄s vilibus tēpestatis huius p̄cella sociavit alijs autoribus facino-
rū p̄ticipatōe maculant. Splēdor sanguinis, & si cōionē criminū incurrit, nescit tñ ducē se
p̄bere peccātibus. Habet fortilū reartū de neglecta cautōe, nō habet dignū supplicii de scele-
rū principatu. Sub q̄dā verēcūdia iungit delinquentibus q̄ ad adulta iurgia cōuocat. Nō me-
retur desperationē pditi, in q̄ facilis tñ crudelitas improbat. Vos pot⁹ video triuioz germi-
na. Vos agnosco in q̄bus naturā vilitas cōueniētes sibi mores peperit, q̄s degenerasse clari-
tas fuerat, qui p̄ mētitē titulū religiōis gaudetis ipunitate vicioz, q̄z labia nunquā aut ho-
norū sapor tetigit, aut quietis, q̄ fas omē origini parēdo violatis, q̄s de latebris & specubus
p̄ductos p̄ns causā mōstrauit. Quis añ cōcinnationē mali huius qui cæteris agnouit diū fa-
uistis secreta q̄bus vos nox gñationis abdiderat. Redite potius ad amicā cecitatē, nobis sere-
nā & diurnā lucē relinquit. Concordiā ecclēsiæ, aut absentia, aut correctiōe p̄stare. Si tñ
vultis vos numerari inter splēdidas profapias actū emēdatione cognoscant.

¶ Incipit Actio quintę synodi. CC. XVIII. ep̄oz sub Symmacho papatē
pore Theodorici regis.



OST cōsulatū Amenī cū in vnū annuē dño añ cōfessionē beati Petri ap̄loz **A**
principis rese distemus, sc̄tā synodus dixit, libellus q̄ synodali autoritate cō-
tra eos q̄ aduersus quartam nostram synodum q̄ habita est Romę palmari
mutire p̄sumperūt ab Ennodio cōscriptus ē corā oibus deferat, & in p̄sen-
tia oīm legat atq; roborēt. Quo recitato, & ab oib⁹, consona voce roborato
sancta synodus dixit, hęc futuris tēporibus cōseruent, atq; ab oibus teneant.
& in oibus seruētur. Hic libellus integerrime synodaliter ab oibus teneat atq; inter quartę
& quintę synodorū nostrorū actiones interponatur, & ita sicut hęc synodorū decreta ha-
beatur, q̄a synodali autoritate cōscriptus ē, & roboratus. Ad q̄ beatissimus papa respondit
iuxta vīam oīm fiat voluntatē, & vt iudicatus apostolica habeat autoritas & inter aplicā
quod dicitis interponat decreta, & sicut cætera apostolica ab oibus teneat decreta. Ad quę
oēs ter vna voce responderūt dicētes, vt fiat rogamus. Post q̄ acclamatū ē ab oñibus ep̄is
& p̄b̄is. Illi qui papā Symmachū accusauerunt, & dānationē ei inferre tentauerunt, & illi
qui eum iudicauerūt, aut contra nostrā synodū garrire, aut scribere p̄sumperūt, vt dānen-
tur rogamus. Et paulo post oēs ep̄i & p̄b̄i voce magna clamātes dixerunt. Exaudi Christe
Symmacho papę vita, dictum est octies. Cuius sedem & annos dictum est decies, vt fiat

Quinta synodus Romana.

rogamus, dictū est duodecies. Quibus cessatis, Symmachus ep̄s ecclesie catholice vrbis Romae dixit, Quā fraternitas v̄ra singulari charitatis studio, pio ac vigilantī affectu, in defensis laboribus ac spū viuaci studiis venerādi patres, tutelā regē ecclesiasticā fouere, sedē apostolicā (q̄ solida Petri cōfessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni dño sic disponēte p̄sumus, ac prauitate nostrā iādudū multis afflictionibus impulsam virili protectiōe defendistis oblocutoribus & susurratibus resistēdo, q̄ nouis semp̄ insidijs, semp̄ aliqd̄ aduersum nos & famā nostrā molunt, quos spūs ille diuisionis cōtinuis exagitat aculeis, q̄bus est pax inimica, & discordia placēs. Et q̄ v̄ra bonitas curā prouisionis n̄r̄e suis exhortatōibus incitauit, & parilē circa ecclesie tranquillitatē dñi n̄ri cōtēplationē animi p̄stet flagitamus, vt circa insidiatores, & p̄secutores n̄ros mitius agatis, & licet iuste dānent̄ propter misericordiā tñ conferuent̄ vt in nobis illa dñi declaret̄ sn̄ia, qua p̄cipit, ita fratribus dimitti, sicut sibi à dño cupiūt dimitti. De cætero vero ne vnq̄ talia, nō solūmodo in aplicæ sedis p̄sule à quoq̄ p̄sumant, sed nec ī v̄lo Ch̄siano ep̄o vsurpent. Non ergo necesse est sup̄ his noua cudere, sed vetera recitare atq̄ firmare. Est em̄ à multis antecessoribus nostris synodaliter decretū atq̄ firmatū vt oues q̄ pastorī suo cōmisit fuerunt eū nec reprehendere, nisi à recta fide exorbitauerit, p̄sumant, nec vllatenus pro quacūq̄ re alia, nisi pro sua iniustitia accusare audeant, qm̄ pastoris actus gladio oris nō sunt feriēdi, quanq̄ rite reprehēdēdi & stimētur, nec vllos ep̄os suis rebus expoliatos, vel à sedibus vi aut dolo, aut quocūq̄ ingenio pullos, sicut & vos de nobis iudicastis, aut ad synodū tā prouicialē q̄ ḡnalē posse cōuocare, aut ī aliquo iudicare anteq̄ cūcta q̄ eis ablata sunt legibus pr̄ati eorū pacifice p̄ oīa reintegrent, decernimus. Prius ergo oportet oīa illis legibus reintegrari, & ecclesias q̄ sublata sibi sunt cū oī priuilegio suo restitui, & postmodū nō sub angustō t̄p̄is spatio, sed tantū t̄p̄is spatiū eis indulgeat, q̄ tū expoliati vel expulsi esse vident, anteq̄ ad synodū cōuocent, & ab oībus q̄sq̄ prouicia suā ep̄is audiat. Nā nec cōuocari ad causam, nec diiudicari p̄t, expoliatus vel expulsus, q̄ nō est priuilegiū quo expoliari possit iā nudatus. Vnde & antiquus decretū est oēs possessiōes & oīa sibi sublata atq̄ fructus cunctos ante cōtestatā litē p̄ceptor, aut primas, possessori restituat. Et alibi scriptum habet, ille q̄ violentiā pertulit, vniuersa ī statu quo fuerant recipiat, & q̄ possedit securus teneat. Et alibi in synodalibus patrū decretis, & regū edictis legit̄ statutū, redintegrāda sunt oīa expoliatis, vel eiectis ep̄is p̄sentialiter ordinatione pontificū, & in eorū vnde abscesserunt potestate funditus reuocanda quæ cūq̄ cōditione t̄p̄is, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorū, aut per quascūq̄ iniustas causas res ecclesie vel proprias aut substantias perdidisse suas noscunt, ante accusationē, aut regularē ad synodū vocationē eorū & reliqua. Est etiā in antiquis ecclesie statutis decretū, vt q̄ aliena iuadit, non exeat impunitus, sed cū multiplicatiōe oīa restituat. Vnde & in euāgelio scriptū est. Quod si aliqd̄ defraudauit, reddo quadruplū. Et in legibus seculi cautū habet. Qui rē subripit alienā, illi cuius res direpta est in vnde cuplū q̄ sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur, Maledictus oīs q̄ transfert terminos proximi sui, & dicit oīs populus, Amen. Talia ergo non p̄sumantur absq̄ vlla vltione, nec exerceantur absq̄ sua dānatione. Accusatoribus vero inimicis vel de inimici domo prodeuntibus, vel q̄ cū inimicis immorant̄ aut suspecti sunt ne credatur, ne irati nocere cupiant, ne lesi vlcisci se velint.

B Quid ad hæc vobis charissimi fr̄es videtur prudētia v̄ra pro ecclesiastica quiete vel indemnitate vniuersi edicite. Vniuersa synodus dixit, Episcopale p̄secutionē & ecclesiarū vel vastationē atq̄ seruoꝝ dei infestationē sulti p̄dicta autoritate & omniū sanctoꝝ patrū prohibitionē, vestrāq̄ consolationē cōmuni tractatu pariter in futurū robuste ac veraciter amputantes sanctoꝝq̄ patrū statuta firmantes expressis sententijs sancimus, ne vnq̄ talia à quoq̄ nostris, aut futuris tēporibus p̄sumantur. Et silentio facto, Symmachus ep̄s ecclesie vrbis Romę dixit, Quod si aliqui hæc trāgressi fuerint, & talia p̄sumperint, qd̄ sup̄ his vobis videtur parī adunatiōe manifestate. Cūq̄ surrexissent, & paulopost iteꝝ cōfessissent vna voce dixerūt, si q̄s hæc q̄ hodie ī hac sc̄ta synodo, phibita sunt ifrigere p̄sumperit, aut volūtarie trāsgredi tētauerit, si clericus ē, gradu pp̄rio penitus careat, si vero monachus aut laicus fuerit, cōione priuet, & si nō emēdauerit, vicino anathemate feriat. Secretas vero ifidias vel manifestas p̄tificibꝝ à q̄buscūq̄ illatas, vel ea q̄ huius sancte synodi sn̄ia cōplectit, si q̄s ad ecclesie ptulerit notitiā, potiat̄ honore, & hi q̄ aduersa eis moluntur, sicut à sc̄tis patribus dudū statutū est, & hodie synodali & aplicā autoritate firmatur, penitus abijciētur, & exilio suis oībus sublatis p̄petuo tradant, hæc vero q̄ in hac sc̄ta synodo statuta sunt, & ea q̄ in libello quē Ennodius n̄ra auctoritate cōscripsit, sicut in p̄sentia nostra relecta sunt, vt proprijs manibus roborētur, rogamus atq̄ in p̄petuū cōseruetur, sicut p̄dictū ē, vestrā apostolica autoritate firmētur. Sed Symmachus ecclesie vrbis Romę catholice ep̄s dixit, Acclamatōes vestras synodiq̄ iudiciū p̄sentia suscipient gesta, Adiecitq̄ & dixit, Ea q̄ ad suscipiendos veternoꝝ p̄sumptōis errores vel infensę ponti-

pontificibus p̄sumptōis morbos quibus status affligi solet ecclesie seruatorūq; eius delibera-
 tiore religioni cōgrua paci q; cōstituit, p̄petua sortient firmitate, vt annuente dño quē custo-
 dem rex constat esse bonæ synodalis ordinatio vigeat, atq; oīs qui sine p̄sonæ alicui⁹ di-
 stinctione venire p̄sumpserit, ip̄osita superius distinctione plectet, vniuersa synodus dixit,
 vt fiat rogamus, dictū est de cies, vt scādala amputent & infixæ atq; detractiōes erga ep̄os
 vitentur rogamus, dictū est duodecies. Et factō silentio vniuersi in sancta synodo cōgrega-
 ti clamātes dixerūt. Exaudi Chrīste, Symmacho vita, dictū ē octies, hic est pax cū Symma-
 cho, dictū est nonies. Cuius sedē & annos, dictū est decies, vt de p̄nti fiat dictū est duodeci-
 es. Et paulo post cū resedissent, factō silentio vniuersa synodus dixit. Quisquis clericorū aut
 monachorū aut laicorū tā maioris ordinis q̄ etiā inferioris post hāc formā nobis platā his
 decretis cōtraire p̄sumpserit, statutis canonicis velut schismaticus p̄cellat, Et subscripserūt
 Celiū Symmachus ep̄s sc̄te ecclesie catholice vrbis Romę huic statuto à nobis inspirate dño p̄-
 pacto subscripti. Laurētius ep̄s ecclesie Mediolanensis huic statuto à nobis inspirate dño p̄-
 pacto sub. Petrus ecclesie Rauēnatis huic statuto à no. insp. dño pacto sub. Eulalius ep̄s eccle-
 sie Siracusana huic statuto à no. insp. dño pacto sub. Felix ep̄s Terracinenſis sub. Step̄ha-
 nus ep̄s ecclesie Cordubensis sub. Fortunatus ep̄s ecclesie Valensis sub. Benignus Equiuiē-
 sis, Iohānes Spolitanus, Romulus Prenestinus, Stephanus Venusinus, Cādīdus Tudertinus,
 Valētinus Amiterninus, Fortunatus Fulgenatus. Grifogonus Albanē. Euticius Tranēsis
 Amādus Poruranus, Laurētius Bobianē. Clorēsis Caleſtinēsis, Eusebius Fanestis, Roma-
 nus Numētanus, Propinquus Trebiatis, Asterius Equinatis, Siluanus Voliterninus, Epa-
 froditus Cameſenus, Cintus Gerōhenſis, Helias Bñdicanus, Paulus Tripolitan⁹, Policar-
 pus Gabalē. Patricius Craſſeñ. Menecratis Caroseñ. Florētius Sardoneñ. Iulianus Ipepo-
 tanus, Paulinus Perperētinus, Noenius Inſenius, Petronius Martineus, Hesperos Epitanē-
 sis, Esaias Cleas, Olimpi⁹ Euacitonacius, Rufinus Brionolitanus, Philippus Neasletanus,
 Basilicus Peleſicanus, Didimus Lāpidensis, Iustus Firmiē. Aretō Hosteñ. August⁹ Lipari-
 tin⁹, Rusticus Bersentin⁹ Venāt⁹ Sinagoliē. ViCTOR Duneñ. Innocētius Tiferntius, Bone-
 facius Foroflāmiensis, Sebastian⁹ Siraninus, Afellus Populonitanus, Empli⁹ Voliterninus,
 Proiectus Forinoui, Venerius Pelleñ. Coloni⁹ Forocloidiēsis, Probus Carmameleñ. Vide-
 mius Auētinus, Proculian⁹ Sepnatiōis, Fortunat⁹ Abenignus Vascasius Vulterneñ. Mar-
 tianus Ecameñ. Bassus Mutineñ. Pacatian⁹ Coralieñ. Meras Corloneñ. Macedā Maidoneñ
 sis, Marcellinus Illidoneñ. Paul⁹ Proglorieñ. Diodor⁹ Listinieñ. Necinus Musi, Theodor⁹
 Adria, Epiphanius Pergēsis, Leuāsa Amphoreñ. Alcimedeseides Cōtraconiceñ. Dionisius
 Ananeñ. Andreas Satalenus, Amaxius Salconeñ. Crotō Parfidoneñ. Philippus Barbareñ.
 Theodorus Antipolles, Leōtius Araxenus, Antipatros Canimenes, Gratinus Panormi-
 tanus, Andreas Tholātanus, Nichilo Sacrafuran⁹, Romanus Boboneñ. Oniforus Iconieñ.
 Neoptolen⁹ Chronē. Paulus Derneñ. Patharchos Listrō, Eugeni⁹ Careuſſides, Tyrā-
 nus Imadianē. Ascōlias Lalādenus, Steros Profiadeñ, Predialis Gizon⁹, Quintin⁹ Focēñ,
 Irētius Magnifias, Manias Amiti, Quiriac⁹ Eleae, Valerian⁹ Bossioneñ. Fomin⁹ Zitren⁹,
 Fericius Archodoneñ. Didimus Lapiteñ. Steros Prodoſianeñ, Fnodor⁹ Ametimos, Epa-
 froditus Cameſenus, Olīpius Caneñ. Didimus Lapiceñ, Barachos Laxs, Efrōtius Bui, Flo-
 rētius Motileñ, Iohānes Rodeñ. Gēnadi⁹ Mofoneñ. Euādros Diupoleos, Iohānes Trapo-
 tutanus, Philipp⁹ Agereſitanus, Thomas Tileñ. Gēnadi⁹ Amoneñ. Caris Diapolitan⁹, Pau-
 lus Aristeñ. Mathias Themessianē. Eulali⁹ Fibriē, Amphilotius Fidecē. Gaius Suetranē. Eu-
 doxius Eletē. Martian⁹ Corallē. Eusebi⁹ Coſtinē. Obrem⁹ Coraceſiē. Roman⁹ Mirrē. A-
 ristoditos Olīponē, Eudoxius Cotuatē. Palladius Capalenē. Cirinus Patareñ. Stephanus
 Limireñ. Zenodotius Telmisū, Maximus Zetilonē. Museni⁹ Lunē. Florētius Adrianopo-
 litan⁹, Bassones Neaspilitanus, Mefalimus Laudicē. Fortian⁹ Salageſunē. Olīpius Sozopo-
 lites, Alexāder Seleuceñ. Valerian⁹ Aphr⁹. Epafrodius Cameſeñ. Barrachos Nazē. Charis
 Dionisiopolitan⁹, Eusebi⁹ Clazomenus, & Bauētia Mipolitanus. Thomas Arliocomen⁹,
 Eliodorus Ametimos, Pergami⁹ Atticenus. Eutropi⁹ Adadomeñ. Paulus Philodemē. Lō-
 ginus Apapermenus, Theocust⁹ Tyren, Forticius Metropolitan⁹, Ciros Simōdē. Liban⁹
 Palatonē. Doleſtos Sebaſtē. Danielus Cadoleñ. Muniqueus Lardicias, Trunitanus
 Stratēgi⁹ Pilobatē. Aqla Antodenus, Basili⁹ Nacoriē. Eustochius Docunius, Quiriacus Eu-
 carpē. Abircitius Iheropolitanus, Epiphani⁹ Mardagē. Philipp⁹ Liciados, Mocini⁹ Ephe-
 Mauros Baladē. Eusebi⁹ Dorileu, Martian⁹ Sinalidē. Calādiō Alacarnē. Iohānes Enidēsis,
 Theodoret⁹ Alabaudē. Tigam⁹ Apollonē. Iohānes Amizonē. Enpitiū Staconē. Menan-
 dros Eracleos, Dinifius Latomenus, Panias Eristodē. Placalus Laſiu, Iohānes Alinſdoneñ.
 Dioſſifius Antiochenus, Cretomanus Afrōdiſius, Etherius Sinirne, Stephanus Ephesin⁹,
 Patri-

Sexta synodus Romana.

Patricius Aidonopolites, Daniel Lăpfacenus, Firmas Abidēsis, Theusebius Ilui, Stephan^o Pionamēni, Pionius Trodēsis, Eulalius Pianēsis, Dauid Ardīmēsis, Thalafius Panus, Petrus Dardanēsis, Diogenis Geticonos, Olimpius Prudisiadēsis, Theophilus adeo Adriopolites, Apramonus Titanos, Theodorus Eradēsis, Caligonus Cladipotus, Theodorus Serunēsis, Polichonus Dipodinēsis, Renos Iulioipoltus, Etherius Papiu, Petrus Gagrotanus, Antiochus Sinoponus, Atticus Lanēsis, Vranius Iborēsis, Paralius Adriponēsis, Lucadi^o Minzitanus, Eustasius Galatinē. Myster^o Amorrui, Aqlas Eudoxiados, Quiriacus Troanodēsis, Pios Prothenisseu.

¶ Explicit quinta synodus Romana sub Symmacho papa, Indictione nona.

Incipit sexta synodus Romana sub Symmacho

cho papa habita, tempore Theodorici regis, die Calendas Octobris.

A Vm in vnū apud beatū Petrū ap̄lm sc̄tā sexta synodus canonice à beato Symmacho Romæ cōgregata resedisset Symmachus p̄dictus eps̄ ecclesie catholice vrbis Romæ eidē synodo p̄sidentis dixit. Quoniā religiosus sancto sp̄i cōgregate cōuentus hortatur, vt quæ cūq; pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt cura diligētiorē tractemus. Nos em̄ & ap̄licę sedis moderamine cōpellimur, & ecclesiasticę dispositōe cōstringimur, sic canonū paternorū decreta liberare & retro p̄sulū antecessorūq; nostrorū decreta metiri, vt quę p̄sentū necessitas temporē restauranda sunt ecclesie relaxāda exposcit, adhibita diligenti cōsideratione quātū fieri p̄t auxiliante dño tēperemus, quia nos q̄ potissimi sacerdotis administramus officia transgressionum culpa respiciet, si in causis dei desides fuerimus inuēti, q̄a meminimus qd̄ timere debemus & q̄liter cōminei dñs negligentie sacerdotū. Sane reatu maiore delinquit q̄ potiore honore perfruit & grauiora facit vitia peccaminū sublimitas dignitatū. Ideo tacere nō debem^{us} sed ea q̄ necessaria fore agnouerimus, viriliter corrigere & emēdare satagamus, & ea q̄ nociua sunt extirpare prout dñs dederit nō negligamus. Ab vniuersis ep̄is & p̄bris acclamatū est, Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dicitū est septies. Hæc confirmamus, & hæc docemus, Dicitū est octies. Doctrinæ v̄rę gratias agimus ingētes. Dicitū est decies. Ista teneant & ista obseruentur rogamus. Dicitū est duodecies. Dignus papa, dignus doctor. Et factū silētio, Symmachus Ep̄s dixit. Cōmunis dolor & gñalis est gemitus, quod intra ecclesiam nostris & retroactis tēporibus de inuasiōe reę ecclesiasticę & vexatiōe sacerdotū cognouimus, q̄ res nō nos solos, sed oēs dñi tangit sacerdotes. Et licet hæc à p̄decessoribus n̄ris iam prohibita sunt, & tales p̄sumptores dānati, & à sc̄tis canonibus anathematizati, ne tñ denuo p̄sumantur, est etiā sup̄ his p̄menda sn̄ia, vt qui eorū casum non timēt, timeant saltē eorū perpetuam damnationē, & quod sæpe p̄sumit, sæpius vt inhibeat necesse est. Sancta synodus dixit. Hæc ne fiant, denuo synodali cōuētū prouida beatitudini v̄rę sn̄ia eneruari cōuenit, & ne in exēplū remaneat p̄sumē di funditus extirpari, Symmachus Ep̄s dixit. Modo q̄a deus p̄sentia v̄strā votiā mihi cōcessit, necesse est rē fieri firmā, quā credo ecclesiasticis facultatibus cōuenire, vt agnoscant oēs q̄s vanus furor & auaritia excitauit, talia absq; vltione nō posse p̄sumi. Sancta synodus dixit, Scimus, puisionē v̄strā necessarijs studere. Et ideo in v̄ra est p̄tate sequēda disponere. Symmachus ep̄s catholice ecclesie vrbis Romæ dixit, Magna quidē venerādo & sacerdotali debetur cultura, p̄posito cū imminet de studio q̄ recta sunt nō de necessitate disponere. Sed qm̄ in aliquibus aliena postulātibus, vitioꝝ mater auaritia repudiatis honestatis repagulis totū putat expedire quodlibet, & ita dū p̄dæ inhiat, patiētia supernæ ciuitatis abutiē expectātibus correctionē celo moderatē iudicijs se existimāt nō teneri, cū clare sit quod apud certos in occasiōe rapiēdi p̄cedat diuinę mora sn̄ia. Sed nobis q̄s pastoralis cura & ecclesiastica astringit, p̄disp̄satiōe certa ratio reddēda substātix opus est vt solitudinē nostrā nō solum ad p̄sentia, sed etiā ad futura secula porrigamus, ne ad aīā n̄rę detrimēta cōtingat, si hi q̄ possunt statutis debere innocētia p̄sumētes de libertate deliquerūt, cū religiosa possunt & nostra successores nostri potestate fulciri legibus ecclesiasticis seruiētes. Sancta synodus dixit, Scimus sp̄i dei cōuenit obseruare vt oblationes fidelīū à nemine p̄sumant, & absq; cōsensu & voluntate Ep̄isopi in cuius dinoscunt esse parochia & potestate possidere vel dominari tentētur, quoniā nōnulli memores sui pro remissione peccaminū suorum, & paternæ vitæ in creatiōe de facultatibus suis tā reę immobilīū quæ dā vero p̄ scripturas ecclesiis tradiderūt & deo creatori suo perpetualiter habēda dederūt, quo cōtra aduersis deū minus timētibus, eatenus mortifera calliditate tenent, vt alioꝝ oblatio illis pertineat ad ruinā. Nec intueri corde possunt diē iudicij, dum nimie cupiditatis delectant ardore. Vnde precamur vt antiquoꝝ patrum regulas quę modo propter iniuriā quorundam quasi oblitæ habentur, renouetis, vt tale iudiciū super eis fiat, vt
aut ma.

aut manifeste hæretici qui ecclesiã dei scin dunt, & anathematizati atq; ab ecclesia dei extorres habeantur, aut per satisfactionem ecclesiã ad pœnitentiam, & demum iuxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem recipiantur.

¶ Symmachus episcopus ecclesiã catholicã vrbis Romã dixit, His ergo rite ppenfis ne illi in ruinã incidant & perpetuo dãentur exiitio, & sancta ecclesia pretioso Christi sanguine redẽpta restauret, eiq; piefamulantes nõ opprimant, Sed releuent mensura cũ dei nostri consideratione vnã cũ nostro iudicio fancimus, vt quicunq; immemor aut memor interitus sui res ecclesiã delegatas, & dño oblatas, absq; proprii epi iussu possidens præsumpserit deinceps tene re quocunq; in loco & veritate cõperta res dei seruis suis dissimulauerit, aut renuerit reformare liminibus ecclesiã ab epi eiusdẽ loci prius arceat, indigne em̃ ad altare dei properare pmittit q res ecclesiasticas audent inuadere, aut iniuste, i. sine licẽtia epi possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis pduret. Necatores em̃ paupes iudicãdi sunt p̃fixo tenore, & si nõ em̃da uerint vitiũ extirpandi. Debet tñ esse prouisio vt vindictã admonitio manifeste pcedat & res vsurpatis iniuste qui abstulit aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinãte legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas cõpulerit demũ prædonẽ sacerdotalis districtio maturata percellat, neq; quisq; per internas res deũ defendere nitatur, qa dei potentia cunctos regnos terminos singulari dominatione cõcludit. Quod si p̃sumpserit & ipsius offensam & prædictã dãnationis periculũ sustinebit. Cõpetitoribus etiã huiuscemodi frena districtiois imponim⁹ qui facultates ecclesiã sub specie largitatis regiã vel cuiuscunq; potestatis improba subreptione p̃uaserint. Sera nãq; de his rebus pœnitudine cõmouemur, cũ iã transactis tẽporibus contra hmõ personas canonũ suffulti p̃sidio se sacerdotes dñi erigere debuissent, vt nõ mãsuetudo indulgẽtiã ad similia ppetranda improboꝝ audacia adhuc quotidie prouocaret. Nũc tar de iniuriã mole depressi dãnis quoq; cõpellentibus excitamur. Quod si is q res dñi cõpetit in alijs q nisi res agitur maxime solet territorijs cõmmorari sacerdotẽ loci ipsius vbi habebat epi huiusmodi prauitate contentus, neglectu personã literis instructũ reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate cõperta, aut peruasore rerum dominicarum admonitõe corrigat, aut p̃taxata canonica districtioe cõdẽnetur. Vnde & in canonibus in Gangrẽsi ecclesia apostolica autoritate cõditis de fructuũ oblationibus quã ministris ecclesiã debẽtur, & de his quẽ in vsus paupes cõferuntur, scriptum habetur.

¶ Si quis oblatões ecclesiã accipere vel dare voluerit p̃ter epi cõscientiã vel eius cui hmõi sunt officia cõmissa, nec cũ eius voluerit agere cõsilio, Anathema sit. Et itẽ in eodẽ cõsilio. Si qs oblata deo dederit vel acceperit p̃ter epi, vel eũ qui cõstitutus est ab eo dispensandã misericordiã pauperibus, & q dat & q accipit, anathema sit. Valde iniquũ ergo & ingens sacrilegiũ vt quicunq; vel pro remedio peccatorũ, vel salute, vel reque animarũ suarũ vnusq; venerabili ecclesiã contulerit, aut certe reliquerit ab his qbus hæc maxime seruari cõuenit, i. christianis & deũ timẽtibus hoĩbus & super oia à principibus & primis regionũ in aliud transferri vel cõueri. Propterea q hæc non p̃uiderit & aliter q scriptum est prædia ecclesiis tradita petierit, vel acceperit aut possederit, vel iniuste defenderit aut retinuerit, nisi cito se correxerit, q iratus deus aias pcutit, anathemate seriat, sitq; accipiẽti & dãti & possidẽti anathema, & instituta penẽ contuberniũ assiduũ. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, q à religiois aiabus ad substantiã paupes & super elictã cõtra phas sine aliqua pietatis cõsideratiõe dispergit. Ab vniuersis epi & p̃bris acclamatu est, vt hæc penitus abscindant, rogamus. Dictũ est quinquies, vt hæc amputent precamur. Dictũ est septies, vt res ecclesiã qbus traditã sunt, intemperate iure seruent, rogamus. Dictũ est septies, vt se dũ hoc quod p̃secutus est synodali conuẽtu p omnia fiant vnanimiter deprecantes rogamus. Dictũ est octies, vt in p̃sumptoribus vindicet rogamus, dictũ est decies, vt disciplina seruet rogamus. Dictũ est vndecies, Quẽ male admilla sunt, p vos corrigant. Dictũ est duodecies, vt illicita facta amputent, Ita vt deiceps non fiant rogamus. Dictũ est tredicies, vt apostolica ordinatio illibata seruet, dictũ est qtuordecies. Dignus papa quod non licet non fiat. Dictũ est quindecies, Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictũ est sexdecies, vt canones custodiant rogamus, dictũ quindecies, vt ordinatio aplica seruet, dignus papa, dignus doctor, dictũ. XIX. Hęc oēs vnanimiter cõfirmamus, & vt vnanimiter seruẽtur, rogamus, dictũ. XX. Per dñm Petũ vt p̃petuo seruẽtur rogamus, dictũ vigesies. Qui hæc violarit, in se iuxta in p̃taxatu modũ inueniat. Dictũ est vigesies.

¶ Et factõ filẽtio, Symmachus epi ecclesiã catholicẽ vrbis Romã dixit. Præsentis diffinitõis formã quã iuxta sanctorũ patrũ est statuta snias in omnium ecclesiã notitiam peruenire de cernimus, ne cuiq; possit pro sua ignoratione licere quod non licet, & q talia p̃sumpserint, sciant se prætaxato cõdemnatos eẽ modo. Similiter & hoc ad ecclesiarum notitiam vestra cunctoꝝ exhortatione & iudicio cõselemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia eporum

res ec

Sexta synodus Romana.

res ecclesie nō dubitant esse, si in eorū facultatibus simili fuerit crudelitate puaiores rerum memoratay p̄dictay canonū districtiōnis feriant vindicta, vt qui maioribus pprijs ac nula cōscientie castigatōe corrigunt, saltē ecclesiasticę & canonicę vindictę pfodiant aculeis, ḡhialiter vero quicūq; res ecclesie cōfiscare aut ipetere, aut puaere periculosa aut sua infestatione p̄sumperit, nisi se citissime p ecclesie de qua agit satisfactiōne correxerit p̄petuo anathemate feriat. Similiter & hi qui res ecclesie iussu vel largitiōne principū, vel quondā potētū, aut q̄dā inuasiōne aut tirānica p̄tate retinuerint & filijs vel haredibus suis, vt à quibusdā iā factū audiuimus, q̄si hareditarias reliquerint, nisi cito res dei admoniti à pontifice agnita veritate reddiderint p̄petuo anathemate feriant. Iniquū em̄ esse cēsemus, vt potius custodes chartay quā defensores rez creditay, vt p̄ceptū est iudicemur. Sanādū ē ergo celerius, ne lōgius execrādus animi morbus inserpat, vt si medic⁹ cū viderit huius terreni corporis aliq̄ esse languorē, magnū suę artis estimat documētū, si cito quis illius interuentu desperatus euadat, vel cū posse vulnus aspexeris adhibet fomēta, vel cætera q̄bus illud possit q̄d natū fuerat vulnus obduci, ac si id manēs sanari nō poterit ne corpus reliquū sua ta-be corrupat, ferro amputēt q̄d nocebat, q̄ reliquū integrū & feruet intactū. Præcidēdū id ergo ē q̄d velut puro sanoq; nimiū corpis vulnus obrepit, ne cū tardius abstergit, in ipsis p̄-næ visceribus hui⁹ mali nō hauriēda sentina cōfidat. Ferro em̄ abscedēda sunt vulnera q̄fo-mēta nō sentiūt. Similiter & illi extorres debēt fieri ab ecclia q̄ sacerdotali admonitiōe non corrigunt dicēte dño. Auferte malū à vobis, vniuersa synodus acclamauit, vt ista fiāt, roga-mus. Dictū ē octies. Ista seruent p̄camur, Dictū ē decies, vt ip̄perpetuū maneāt & v̄sa autori-tate firment, Dictū est duodecies, Exaudi Ch̄se, Symmacho papæ vita. Dictū ē duodecies. Et sc̄to silētio Simmachus ep̄s ecclesie catholice vrbis Romę synodo p̄fidēs dixit. In hoc co-gnoscimus oēs q̄a deū diligam⁹ si mādata eius faciamus. Hęc em̄ charitas dei, vt mādata e-ius custodiam⁹ & mādata eius grauiā nō sunt, iustus est em̄ dñs & oīa iudicia ei⁹ iusta sunt, atq; oēs vię eius m̄a & veritas & iudiciū, in manu dei p̄tās terrę, cui execrabilis ē oīs inig-tas, in manu dei p̄tās hoīs & sup̄ faciē scribē iponet honorē suū. Perdit deus memoriā sup̄-boꝝ & iniqua gerentiū, & relinquit memoriā humiliū & bonoꝝ hoīm, hoc aut̄ p̄ certo ha-bet oīs qui recte colit deū, quia vita ei⁹ si in p̄batōe fuerit coronabit, & si in tribulatiōe libe-rabit. Si vero in correctiōe fuerit ad m̄iam pueniet. Omne q̄d irreprensibile ē catholica defendit ecclesia. Nō licet ergo ip̄eratori vel cuiq; pietatē custodienti aliquid cōtra mādata diuina p̄sumere, nec quicquā q̄d euāgelicis p̄pheticisq; & ap̄licis regulis obuiat agere, iu-stū em̄ iudiciū & definitiō in iusta regio metu vel iussu à iudicibus ordinata non valeat, nec quicquā q̄d cōtra euāgelicę vel p̄pheticę aut ap̄licę doctrinę constitutiōne eorū siue sc̄toꝝ patꝝ a sc̄to fuerit stabit, & q̄d ab infidelibus aut hareticis factū fuerit oīno cassabitur.

D Nociua ergo sancti p̄decessores mei dānare cōfidenter studuerūt, q̄z & pusillitas mea, li-cet impar & minima p̄ suscepto tñ diuina dignatōe ministerio pedisseq; cupit existere, v̄ em̄ erit nobis qui huius ministerij onus susceptū habemus veritatē saluatoris n̄si Iesu Ch̄i quā apostoli p̄dicauerūt p̄dicare neglexerimus, v̄ em̄ erit nobis si silētio veritatē oppresse-rimus qui erogare nūmularijs iubemur, i. Ch̄ianos populos ibuere & docere. Quid in ip̄i-us Ch̄isti futuro dicturi sumus examīe, si sermonū ei⁹ veritatē cōfundimus, p̄dicare. Quid erit de nobis cū cōmissis nobis aiabus & de officio suscepto rōnem iustus iudex deus noster districtim exegerit. Ideo nos optet semp nociua refecare & auxiliāte dño p̄futura erigere. Vñ obiurgādo, hortādo, suadēdo, blādēdo, cōsulendo p̄desse, q̄bus possumus festinemus, lingua nostra bonis fomētū sit, prauis acule⁹, timidos retūdat, iratos mitiget, pigros exacu-at, desides hortādo succēdat, refugiētibus suadeat, asperis blādīat, desperatos cōsoleat, vt q̄ doctores dicimur viā salutis gradiētibus ostēdamus. Simus in custodia vigilātes, adit⁹ cō-tra hostis insidias solliciti muniam⁹, & si qñ ouē p̄ditā de cōmissis gregibus error abduxerit, toto illā annisu ad caulas reuocare dñicas cōtēdamus, vt de pastoris noiē, q̄d habemus non supplicii sed p̄miū cōsequimur. Quia ergo in his oibus diuinę gratiæ adiutorio opus ē oīpo-tētis dei assiduis p̄cibus clementiā exorem⁹, q̄tenus ad hęc nobis opanda, & velle tribuat, & posse cōcedat, atq; in ea nos via cū fru ctu boni operis, quā se pastor pastoz eē testat⁹ est dirigat, vt sine q̄ nihil possumus p̄ ip̄m oīa iplere valeamus, vniuersa synodus surgēs accla-mauit, Placēt oīa, vt p̄petua stabilitate firment rogamus, Dictū ē octies. Et adiecit, Exaudi Ch̄riste, Simmacho vita, dictū est octies, vt hęc intemerata seruent. Dictū est decies, vt ista intemerato iure custodiātur p̄camur, dictū est duodecies, Qui hęc sponte violauerit, p̄petuo anathemate feriat rogamus, dictū est quidecies, vt decreta nostra confirmes p̄camur, Dictū est decies & octies. Et factō silētio Simmachus ep̄s ecclesie catholice vrbis Romę di-xit, Acclamatiōes vestras synodi q̄ iudiciū p̄sentia gesta suscipiūt, Et adiecit, Ea q̄ ad fopie-dos ve-

dos veteris psumptōis errores vel infense rebus ecclesiasticis egritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebat ecclia deliberatio religioni cōgrua paci q̄ cōstituit firmitate ppetē sociēt, vt p̄stāte deo quē custodē re: cōstat eē bonarū synodalis ordinatio vigeat, atq; oīs qui sine psonā alicuius districtiōe venire p̄sumperit, indita supius districtiōe plectatur. Et subscripserūt, Celiū Symmachus ep̄s ecclie catholice vrbis Romę his cōstitutis synodalibus à me p̄batis atq; firmatis annuēs sub. Petrus ep̄s Rauēnatis ecclie his cōstitutis synodalibus à nobis p̄batis atq; firmatis annuēs sub. Innocētius Dientii Tiberinorū, Felix Trauenfis, Seuerinus Tundaritanus, Bonifacius Aquileianēsis, Silianus Veliternus, Maxim⁹ Bleranus, Sebastianus Furanus, Emilianus Furanus, Mercurius Ganinati, Maximus Ticinēsis, Felix Atellanus, Cassianus Mutinēsis, Rusticus Fuxētinus, Cerētius Siculēsis, Propinquus Tabēsis, Stephanus Venusinus, Adeodatus Formian⁹, Laurētius Benensis, Bonifacius Cameritanus, Fortunatus Fulginēsis, Iustus Signatinus, Mercurius Siuiterus, Vindemius Anteatinus, Stephanus Neapolitanus, Augustus Liparitanus, Hilarius Teusanus, Valētin⁹ Amiternus, Maximilianus Perusinus, Fortunatus Suestanus, Innocētius Ferētianis, Iocūdus Augustanus, Cōcordius Meftanus, Trigidus Tauriganus, Vitalis Fundanus, Viticanus Celemēsis, Castus Portuēsis, Iohānes Ariminēsis, Aristus Ostiēsis, Procleianus Sepinatis, Martirius Traconensis, Cādidus Tiburtinus, Victor Lunensis, Aprilis Laterianēsis, Asterius Aquinatis, Afellus Populoniēsis, Grisogonus Albanēsis, Memor Cassinus, Amādus Potentinus, Colonius Forocladēsis, Romanus Numētanus, Helpidius Voliternus, Vrsus Reatinus, Iohānes Turriganus, Cresconius Tudertinus, Adeodatus Siluecādidā, Innocētius Nauenatis, Venerius Pallensis, Iohānes Spolitanus, Rogatus Tauromenitan⁹, Eustafius Cremonēsis, Seruus dei Foreuentis, Laurus Vergomātis, Probus Carcimeianēsis, Eucarpus Meresarpæ, Dulcius sc̄i Autimi, Rufertius Agnatinus, Leucadius Iniuricanus, Serenus Nolanus, Eufradus Galatinēsis, Martianus Acanus, Theotistos Pessimitos, Euticius Tranēsis, Helpidius Mancenenterius, Fortunatus Anagninus, Misterius Amorrius, Paschasius Vulternēsis, Aquilas Eudoxiados, Innocētius Forosimproniēsis, Quiriac⁹ Troodanensis, Felix Nepefinus, Pios Petenissenfis, Hilarius Tēpranensis, Longinus Ortislu, Iohānes Neapolitanus, Talafius Cesariensis, Cōstātinus Militinensis, Mufonius Hissenus, Acatius Arimatheus, Firminus Termus, Adonius Grauisu, Patricius Tianensis, Iohānes Artis, Theodotius Naciāzensis, Dorocheus Neocesariensis, Aristomachus Colenensis, Cirus Cibitrinensis, Iohānes Sebastensis, Ceccupius Sebastranopolis, Iohānes Polemnacus, Grandus Cerasitenus, Atarbius Talebuntis, Selenco Amassenus, Anthonius Amissenus.

¶ Episcopus sexta synodus Romana sub Symmacho papa. Epistola eiusdem ad Laurentium Mediolanensem archiepiscopum.

Dilectissimo atq; charissimo fratri Laurētio Mediolanēsis ecclie archiepo Symmach⁹ ep̄s in dño salutē. Prodit religioſe votū cōficiē mens laudibus deuota pōtificū asertio ingenij est deo obsequiū m̄cipare qd loqmur, in q̄ p̄conijs forte angustus sermo p̄fulget iperitiā manifestat, tñ si abstineat infantia q̄ mendicā narrationē estimet quā vota locupletāt. Sæpe ī faciē dōtibus paup̄ inuenit vena p̄dicātis, & ediuerso thesaurus cordis irradiat in egestate verborū. Qui vice dei iudicat nō desiderat p̄dicā alloquia, sed q̄ infucat⁹ cōmēdat nitor ingenij, q̄ in his etiā sine amore blandit eloq̄ntia in illis splendorē suū veritas nuda cōmēdat. Siue falleris ē om̄e qd dicitur affectio ad vnguē fabricat illa q̄ volumus nō tā speciē recti h̄re q̄ similitudinē. Ad te venerabilis mihi antistes maxime sermo est cui imeritorū testimonio virtus cepit vocabulo in q̄ actus eloquit v̄ qd q̄ nomē appellat. Prouida parentū diligentia tuorū, pri⁹ te eligi voluit q̄ p̄bati. Te oli secularib⁹ inherētē titulis Castrensis sudor excoluit. Et ad ecclie gubernacula pars aduersa solidauit, sicut dñs loquit p̄ p̄phetā. Qui ī minimo fidelis, & in magno fidelis ē. Te sacrū iudex & cōsiliū comitē meruit & laboris. P̄n̄ initiādu altarib⁹ & ilaica cōuersatōe qd sacrū eēt elegisti. Tu pudicitie in illa ætate custodit⁹ es. In q̄ & lex obsequit desiderijs. Satis est em̄ pueritie ambitū, quā licentia fulcit horreri, Ch̄s milites suos q̄s in psonā dulcis attollat iter acies, q̄rit hostiles. Ascitus ecclie p̄tifice actibus iplesti añ tpa dignitatis. Nō aduena benignitas fuit q̄ nature innixa radicib⁹ de cano flore germē ostēdit. Tēporale em̄ est om̄e qd fingit, p̄petuū qd cū ætate m̄tūrescit. Nō tibi sacerdotiū rē doni credimus euenisse sed p̄mij. Alij vulgari ḡra lenocināte cōmendant, tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectū. Manet te singularis sapiētia q̄ h̄ ḡnāliter optāda est, tñ existit ī m̄ḡo necessari frustra monitoris psonā suscipit, q̄ ipacti nō p̄ualet estimare p̄d⁹ officij vilissim⁹ cōparādus ē, nisi p̄cellat sc̄ia, qui est honore p̄stātor. Dedit tibi apicem res iudicij nō fauoris dignus p̄tifice ē amor, quē cēlura cōciliat. Deuenuit institutoris geniū, qui p̄ solā gratiam

Decreta Hormisdæ pape.

vult placere. Tu his eruditus & formatus cæli bñficijs plus agēdo populū instituis q̄ docēdo. Illa monita discipuloꝝ cōscientiā erudiūt q̄ p̄banē exēplo. Sine pudore inuitat ad inno cētiā, q̄ illā fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetratiū q̄si testē metuūt qui peccare dis ponūt. Nascētibus culpis metus, & reuerētia tua negat effectū. Qui inter exordia occurrit vitijs, & occasionē lapsuū admittit, & cōcupiscētię purgat autorē, hęc bñtudinē tuā q̄si stri ctim p̄ linguę meę cōmēdatōe dedicaui, si p̄cibus vitę successus arriserit gestōꝝ tuōꝝ ple na me relatōe cōsecrabo, vt q̄ vniuersis nota sunt māsuris i postē. Ii is q̄tenus gaudeat acta

¶ Item epistola eiusdem ad Liberium Patriciū

B Ymmachus ep̄s ecclesię catholicę vrbis Romę Liberio Patricio salutem. Cū p̄ ve nerāda religionē cōscientię verba dirigitis in Aquileiensis electione p̄tōficis & di uinis initiata lingua cultibus militat cōsecrādo in ignoti nos diligentia sermonum vincula tenuerunt, quia nihil superat diuitijs, q̄tiens aliquid p̄batus extulerit. Quid em̄ sn̄x sequaciū derelinquat q̄n iustitię obsequiū, cuius in examen definitio nō vocat. Agitis bono cōscientię q̄d v̄o vix negatur ip̄erio, Exiuit inter arbitros Marcellini venera bilis collega maximus hoīm humilitate sublimior, & ne p̄tāti fauor palq̄s ascriberet̄ inter pretes, q̄d de p̄prio decerpit ingenio, laudati iunxit ad p̄ciū. Egistis mediocrē, ne p̄celsi ef fet suscepta p̄dicatio, clarissimōꝝ testimonia vt vires accipiāt culmina castigātur, felix sa cerdotiū cui faciē p̄tulit plena mens luminis. Beata cōuerlatio, q̄ idcirco in discussione dedu cta est, vt tāto viro affabulāte suparet. Quę nō didicisset saporem victorię, nisi subiacuisset incertis. Semp̄ innocētibus gloriā aduersa peperūt, p̄uidet defensores fortissimos medio cris ip̄ugnatio. Sed quid ep̄lę terminos loq̄citate p̄duxi, coactas lege paginas in hūana cō cinnatōe trāsgressus. Iungo & ego amplissimis p̄tibus p̄ modulo exiguūtatē p̄prie vobis cœlo obsequēte cōsensum, & q̄d mirabile iter hoīs habet cōsideratōe v̄i attrahor ad amo rē, inspirata mihi p̄ alterū placere affectio, dū manet charitas imis inserta viscerib⁹, peregrin ante p̄sona comitē se tñ cœlestis gr̄a desiderijs iūgat, & dū cupitis datur affectus, aut veni at bonū pontificatus aut faciat. Data. XVIII. Calēn die indictione. VIII.

Incipiunt decreta Hormisdæ pape.

¶ Aduersus Nestorij & Euticetis blasphemias.

¶ De mysterio trinitatis, quid p̄sonę, quid designent substantię.

¶ De diuinitate & humanitate domini Iesu Christi.

¶ Cap. primū.

¶ Cap. secundū

¶ Cap. tertiu.

C loriosissimo atq; clementissimo filio Iustino, Augusto, Hormisdæ ep̄s. Inter ea quę ad vnitatē ecclesię p̄tinent, p̄pter quā deus clementię v̄rę elegit im periuū, i literis cōtulistis, hoc q̄q; venerabilis ip̄ator cura fidei cui multiplici ter vos studere declarastis, adiecit, vt aliq̄ꝝ p̄ces p̄ferēdę ad hūilitates meę no titiā iungerent, quibus vel quid q̄stionis oriret agnoscerē, vel ad summouēdū p̄positā cōsultatōis ambiguū responsum à me religiosę sn̄x conueniens redderet, legi oīa solitudine q̄ decebat, & licet ad respōsi plenitudinē sufficere potuisset, si illa tantū quę ab autoribus sunt definita subscriberē, tñ vt religiosi p̄positi vestri remune rare affectū, nō subtrahendū credidi mihi q̄q; sermonis obsequiū

¶ Capitulum primū.

D ¶ Quid em̄ est q̄d emergentibus Nestorij & Euticetis venenis paterna omisit instructio? Pe ne omnes impietates cum inuentoribus tam nephandorum dogmatū conueniētia in vnū synodica decreta prefferunt, nec vltius remansit locus vllus tam diris perfidię seminibus amputatis, aut Christum dominum credere sine carnis fuisse veritate, aut eundem non & deum & hominē de materni vteri intemeata fecunditate prodijisse, cū alter eorū dispensa tionē, qua saluati sumus negādo quantū in ipso est irritam faceret, alter opinione cōtraria sed impietate cōsimili in eodē dño n̄ro Iesu Christo potestātē diuinā à vera humanitate seclu deret, neq; ille recordatus, quia palpandā carnē suā Chrs ostenderit, neq; ille euāgelij me mor verbū carnē factū esse dicētis, cui vox dñi indeficienter insonare debuerat, q̄ dixit & docuit. Nemo ascēdit in cœlū, nisi q̄ de cœlo descēdit, filius hoīs q̄ est in cœlo. Sæpe hęc & multis p̄cedētū sunt cōprehēsa sentētis. Sed nec clemētia v̄ra licet iā dicta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere, nec nobis pudor ea q̄ sunt à p̄decessoribus n̄ris p̄dicata reuol uere. Neq; em̄ possibile ē, vt sit diuersitas p̄dicatōis, vbi ē vniforma veritatis. Nec ab re iu dicabit alienū, si cū his cū quibus cōuenimus fide cōgruamus & dogmate. Reuoluant p̄ijs mafuetudinē v̄rę auribus decreta synodica. Et beati papę Leonis cōueniētia sacrę fidei cōstituta. Eadē inuenietis in illis q̄ recēsueritis in n̄ris. Quid ergo est post illū fontē fidelitū statuendū? Quid amplius si tamē fidei terminos seruat, quilibet curiosus scrutator inq̄rat. Non